

cutionem predictam fideliter exercuimus iniunctum nobis officium. et dictum. Bartholomeum monitionibus et sententiis ac aliis penis canonicis compulimus quantum in nobis est predictae parere sententie nec proficere potuimus apud ipsum ut nichil remaneat. de iniuncto nobis officio ad complendum. Excellentiam vestram per presentes rogamus. et requirimus. Auctoritate nobis commissa, quatinus placeat excellentie vestre taliter vestrum brachium nobis super executione predicta favorabiliter inpendere (*sic*), quod iustitia non careat defensore, et vaxalli vestri preterea contumacia pauperis ecclesie Ius, non obprimatur impune. Valeat excellentia vestra et suo Episcopo percipiat quicquid placet. Datum Melfie. XXIIII^o. decembris. IIII.^{te} Indicionis. Anno domini. M^o. cc. Nonagesimo Cuius processus copiam. Episcopo Montis Viridis petenti dedimus. sigillo nostro. et predictorum testium subscriptionibus roborantum. Actum et datum Melfie in palacio nostro maiori. anno domini. M^o, c. c. Nonagesimo, die vicesimo septimo. Mensis decembris IIII^{te} Indicionis.

† Ego Iacobus canonicus Melfiensis Episcopi predicta processus scripsi.

† Ego Guillelmus Canonicus Melfiensis Interfui.

† Frater nicolaus de neritone de ordine fratrum minorum testis sum.

N. B. — Manca il sigillo sebbene si nota il foro e la funicella in cui doveva essere appeso.